



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Benevolo Lectoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

BENEVOLO LECTO-  
R I S.

M I T T O A D T E , C h r i s t i a n e  
L e c t o r , E P I S T O L A R V M  
S A C R A R V M , s u e A-  
M O E B Æ A R V M p o t i u s ,  
id est à me C e l s i s s i m i s q u e P a t r o n i s  
m e i s & a m i c i s v l t r o c i t r o q u e f c r i-  
p t a r u m L I B R O s VI . Q u i b u s q u i a  
v a r i a h i n c i n d e i u d i c i a p e r t i m e s c ē-  
d a v i d o ; P r o l o g u m h u n c G a l e a t u m  
p r æ f i x i , v t q u a s p o s s e t c a l u m n i a s  
e x c u t e r e t : q u a s n o n p o s s e t , f r a n g e-  
r e t , m e q u e a l i q u o s a l t e m f a m æ l e-  
u a m i n e f u s t e n t a r e t . A c p r i m u m d e  
s c r i p t i o n e , n e m i n e m a u d i r e d i g n o r ,  
c u m r e i i p s i u s n e c e s s i t a s p r o m e p a-  
l a m l o q u a t u r , c u m e t i a m c u i q u e l i-  
c e a t e s s e r e r u m s u a r u m a r b i t r o . D e  
e d i t i o n e p a r t i m a m i c i , p a r t i m i n i m i-  
c i m o u e r u n t . I l l i h o n e s t i s s i m o A-  
p o s t o l i c a r u m l i t t e r a t u m d e s i d e r i o  
f l a g r a n t e s , m e q u e s æ p i u s c u l è l o n-  
g i s s i m i s e t i a m e x a u l i s a t q u e A c a-

I.

II.

) : ( ) : ( 2 demijs

## EPISTOLA

demis de mittendis sibi exemplis  
consalutantes. Hi omne*m* de iis fa-  
mam vel mendacio ascribentes,  
vel quando commodum visum est,  
odioso prodigionis flagello verbe-  
rantes. Quibus utrisque ut satisfa-  
cerem, illis volens, his nolens, ad  
hanc publicæ editionis επιτομὴν cō-  
fugi, uspiam etiam priuati honoris  
mei & status testimoniis insertis.  
Quod per Deum te obsecero, Chri-  
stiane Lector, ne iani iactatię, aut pue-  
rili ostentationi (à qua me tam lon-  
gè abesse volo, quām verum agno-

*a Franc.* sco illud *a Petrarchæ: Sapientia titulis*  
*Petrarch.* *non egit, per se ipsa clara est. Quis lucer-*  
*Dial. 46.* *nam quæso unquam soli ut videretur ad-*  
*de var.* *hibuit multi & cum his titulis obscuri,*  
*stud. tit.* *& absq; his clarissimi euasere. Sæpè nul-*  
*lum bonis,clarum malis mercibus signum*  
*fuit ) sed illis ipsis criminatoribus*  
*meis ascribas, qui quicq; quoquo*  
*modo in honorem mei vergere vi-*  
*detur, purè putè negant, purè putè*  
*sauillantur, pura puta mendacia es-*  
*se men-*

*AD LECTOREM.*

ſe mentiuntur. Neque ego tamēn  
iſtis tam inuidiosis augmentis o-  
currem, niſi hīc rem & salutem  
meam haud alijs præſidiis defendi  
poſſe viderem. Proximus eſt *ordo*, IV.  
quem in diſtinguēdis Epistolis, aut  
diſpartiendis libris, alios ē *perſona-*  
*rum*, alios ē *locorum* differentiis mu-  
tuari video. Ego contra ac <sup>b</sup>*Plinius*, <sup>b</sup>*Plin. Se-*  
ē temporis ſolum & annorum diſ-  
crimine. Exortus igitur ab anno ſe-  
culari M. D C. quo primum hanc  
ſcribendi aleam cœpi, ad præſen-  
tem viſque M. D C V. cum ſingulis  
annis ſingulos libros claudio, ut quæ  
de meo ſinceriſſimo ad Eccleſiam  
accessu, de Pontificis Max. atque Il-  
lustriſſimorum Cardinalium beni-  
gniſſimo erga me affeſtu, vel men-  
daciſſimiſ hæreticorū ludibriis op-  
ponere, vel piissimę posteritatis me-  
morię commendare ſtatueram, pla-  
niori ac perſpicaciori omnia diſ-  
crimine diſtinguerentur. *Cognomen* V.  
nemini ſcrupulum faceſſet. Fateor

):( ):( 3      enim

## EPISTOLA

enim à Calendis demum Septembris M. DCII. mihi illius usurpādi ius fuisse. At ne binominem me idem libellus haberet, anterioribus etiam Epistolis illud infixi, malorū fortè aliquibus ingratissima venia, quam in prius editis iam Epistolis ( nam de recentibus nihil laboro ) vel leuiter immutatis, vel pro necessitate auctis amplificatisque, mihi quoque firmiter polliceri audeo. De A M O E B A E I S Pontif. Max. atque III<sup>orum</sup> Cardinaliū, &c. editis, quid tu stomacharis, qui neque mæ, neque illorum voluntatis nutum nosti? Mirare potius humanitatem, amplectere φιλανθρωπίαν tantorum Principum, quos non vereri vides, tantillo cum homuncione, tot annos, tam penè familiari scribendi vicissitudine concertare. Volui ego hoc *c Hieron.* te condemnare admirabili humili-  
*Epist. 57.* tatis exemplo, volui premere *c Ro-*  
*ad Dam.* mani culminis inuidiam, quā qui per-  
*Pap.* petuis

**AD LECTOREM.**

petuis conuiciis exagitant, age ha-  
beant hoc perpetuum vanitatis suæ  
documentum, habeant item irre-  
fragabile causæ meæ fulcimentum,  
quam suis quoq; præsidii tueri vo-  
lui eos, quibus cum ( si Diis placet)  
deliquisse videbar.

Restat de *stylo*; quem ut in ijsdem  
Apostolicis mirifica illa Spiritus vis  
atque *ένέργεια*, omni Ciceroniana  
Suada superior affatim commen-  
dat: ita in meis forte hæret, quod  
prolixam excusationem mereatur.  
Idque quia nihil abnuo, ad <sup>d Hieron.</sup> S. Hieron.  
*ronymum* properè cōfugio, cui cum <sup>Epist. 153.</sup>  
*Paulinus* Antiochenæ vrbis Episco- <sup>ad Pan-</sup>  
pus exprobraret, quod paruas & in-  
comptas litterulas mitteret; non de incu-  
ria hoc venire respondit, sed de timore  
ipsius, ne verbosius ad eum loquens, plura  
reprehendenda transmitteret. Et nau-  
gandi, inquit, tempore tantæ à me simul  
Epistolæ flagitantur, ut si cuncta ad sin-  
gulos velim scribere, occurrere nequeam.  
Vnde accidit, ut omissa compositione ver-  
): ( ) : ( 4      borium

## EPISTOLA

borum, & scribentium solicitudine, dictem quicquid in buccam venerit, & amicum te tantum meorum dictorum, non iudicem considerem. Idem Ruffino:

e S. Hier. <sup>Epist. 153.</sup> Ignosce inquit, si scatens oratio cursu ron. Epi. 131. ad Ruffin. non solito fluat. Non enim eodem lepore dictamus quo scribimus: quia in altero sape stylum vertimus, iterum quæ legi digna sint scripturi: in altero quicquid in buccam venerit, celeri sermone conuolumus. Eadem excusatio, candide Lector, si litterulis hisce meis (meis inquam: de alienis enim absit tam iniquum calculum feram) rudi certe & vulgari filo contextis prodesse potest, faue quæso, ac seueram frontem depone. Scripsi ego magnis plerunq; viris ac principibus, quorum cogitatio omnem ingenij aciem præstringit & hebetat. Scripsi

f Hieron. mœsto sæpè animo, sæpè ægro, sæpius occupato. At <sup>Epist. 31.</sup> quod animo occupato ad Pauli. fit, non benè fieri idem Hieronymus g Epist. 31. censet. <sup>ad Theop.</sup> Nec tristis est, eodem autho- Epist. A- re, eloquentia, maximè si ad ægritudinem lexand. ani-

*AD LECTOREM.*

*animi, corporis quoque ægritudo accedit,*  
*quæ me quoties affligerit, norunt i-*  
*quorum sub manibus frequenter*  
*anhelaui. Quanquam igitur tutum*  
*mihi in illo Ciceroniano præsidū :*

<sup>h</sup> *Epistolam nihil aut iudicio aut concioni* <sup>h</sup> *Cicer. 7.*  
*simile habere, sed quotidianis verbis texē* <sup>Epist. 21.</sup>  
*dam: tutius etiam in illo Hierony-* <sup>ad Pap.</sup>  
*miano, <sup>i</sup> Ecclesiasticas, siue sacras scri-* <sup>i Epist. 52.</sup>  
*ptiones, qualis certè hæc mea est,* <sup>ad Pam-</sup>  
*etiam si habeant eloquij venustatem, dis-* <sup>mach. pro</sup>  
*simulare eam tamen debere. & fugere, ut li. suis ad-*  
*non otiosis Philosophorum scholis pauci s̄q; uers. Ioni.*  
*discipulis, sed uniuerso loquantur hominū*  
*generi: prætexam tamen coronidis*  
*loco huic Suadæ meæ, quod<sup>k</sup> Ouidius <sup>k Lib. 1.</sup>*  
*alicubi flaccidæ Musæ suæ p̄tendit.* <sup>Trist. E-</sup>  
<sup>leg. 1.</sup>

*Carmina proueniunt animo deducta sereno,*

*Nubila sunt subitis rēpora nostra malis.*

*Carmina secessum scribentis & totia querunt,*

*Memare, me venti, me fera iactat hyēs.*

*Carminibus metus omnis abest, ego perdi-*  
*tus ensem*

*Hesurum iugulo iam puto iamq; meo.*

*Hec quoque qua facio index mirabitur a-*  
*quis,*

*Scriptaq; cum venia qualiacungq; leget.*

**F I N I S**

J. C. 5 CLA-